Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

actibus primo ut non curiose respicias vel perquiras
eorum personas vultus disposiciones habitum gestum
facta vel verba vel officia Inquantum enim tibi attinet
ista perscrutari utilitatibus tamen ita pertransi ita co-
gita ac si oves essent vel alia animalia ut
nichil circa illos occupes visum tuum vel cor
Alterum ut non iudices vel diiudices de aliis
quales sint vel esse possunt in mente in animo in
moribus vel aliis quia talis discussio vana est
et sepissime falsa ymmo temeraria Et insuper
cor inquietatur et aliquando inquinatur et conscientia leditur
et alia bona negliguntur de talibus occupacione
Tercium ut si aliquid audias vel videas de
aliquo quod non placet tibi transi et obliviscere
cito committens cum domino maxime ubi ad te non
spectat illius correctionis ex debito magisterii
vel ex sociali familiaritate vel denunciandi
necessitate

Conpatere tamen peccantibus quasi